

De Observatione Ieiuniorum.

Cap. Explicari.

S V M M A R I V M.

17 nitione jejunii comprehendat abstinentiam à carnibus, & trahentibus semencinam originem à carnibus, ut ab ovis, lacte, & caseo, cap. Denique, 4. dist. idemque videatur sentire Innocent. supra in rubr. dum dicit, ex causa, puta propter penuriam piscium statui posse, ut liceat uti illis lacticiis, licet utentes extra Quadragesimam secundum eum non frangant jejunium, sed peccent. Veritas tamen est esum lacticianorum non esse ab Ecclesia veritum, nisi in Quadragesima: nam d. cap. Denique, 4. dist. quod facit mentionem de his lacticiis, loquitur de jejuniis Quadragesimalibus. Sed in aliis jejuniis nullus textus specificè de hoc disponit: & sic transeunt communiter Doctores, ut Abb. testatur supra in rubr. n. 5. & sequitur Sylvest. in ver. jejunium, n. 1. 5. dicens esum ovorum, & lacticianorum interdictum esse in Quadragesima, ut in d. cap. Denique: non autem in aliis secundum S. Thomam, Petr. de Palude, & communiter Doctores: nisi hoc habeat consuetudo, quam ubique servandam in jejuniis dixerunt Augustinus, & Ambrosius in c. Illud dist. & in c. Vinam, 76. dist. Unde in omnibus jejuniis præter Quadragesimam hæc comedi possunt, ubi consuetudo habet ut comedantur.

55 Secundum membrum superius propositum est, cum consuetudo relaxat, & solvit jejunium in totum: & sunt opinioniones; nam gl. hic, quam propter ejus auctoritatem dicit esse mente tenendam Abb. n. 5. ver. Sed nota glossam, sentit consuetudinem hanc jejunii relaxativam validam esse, idemque sentit Host. in sum. hoc rit. §. Quando jejuniandū.

56 Verum idem Host. hic n. 2. ver. Teneas tamen primam, retractat quod scripsit in Summa 3 ait enim esse quadam jejunia solemnia, in quibus contraria consuetudo non operatur, sicut Quadragesimæ, & Quatuor Temporum, & festivitatum præcipuarum. Et hoc dictum Hostiens. sequuntur hic Jo. Andr. num. 8. Butr. num. 1. 2. Card. num. 2. & reliqui omnes. De communi præpos. in cap. Denique, n. 2. 3. 4. dist. In aliis autem habet locum consuetudo, nisi Prælatus aliud injungat, ut idem Host. notat post Innoc. in rubr. supra eod. ver. Sunt autem jejunia indicta necessaria, & ver. Ad hac, & secundum hoc dicit esse intelligendum quod scripsit in summa.

57 Jejunia enim, quæ à singulis diocesanis per singulas dioceses indicuntur, ab omnibus subditis sunt servanda, cap. 1. ad finem. de consecr. dist. 4. cap. Jejunia, dist. 5. & notat Hostiens. hic n. 5. in ver. Et alijs solemnibus jejunijs. Jo. Andr. n. 4. in fine, in eod. ver. Butr. n. 4. & 1. Anchar. n. 3. in 4. notab. & Cardin. in S. Præerea, n. 1. De hac tamen consuetudine jejunii relaxativa dicam plenius in cap. seq. in quaestione, An ex consuetudine immemorabili in populo Mediolanensi potuerit præscribi contra numerum quadraginta duorum dierum Quadragesimæ ab Ecclesia institutum.

1 Carnibus vesci licet si festum Nativitatis contingat in sexta feria, exceptis professis, & voventibus.

2 Regulares in sexta feria an teneantur à carnibus abstinere ex voto, an ex regula, & n. seq. usq. ad n. 11.

3 Et an, & quando teneantur ex voto ad observantias regulares.

4 Regula Prædicatorum non obligat transgressores ad aliquam culpam neque mortalem, neque venialem, sed tantum ad penam taxatam, & n. 9.

5 Religiosi ad quæ obligentur ultra communia Christianorum vincula.

6 Fratres Minores obligantur ex voto professionis ad omnia, quæ in regula ipsi sub verbis obligatorijs indicuntur.

7 Et in specie ad jejunandum in sexta feria.

8 Votum in audio intelligitur ac simpliciter.

9 Præcepta regula ex sui natura obligant ad mortale.

10 Obligatio nunquam inducitur ubi constat de mente legi obligare volentis.

11 Carnibus vesci non possunt in die Nativitatis Domini, qui venerunt illas nunquam comedere.

12 Vovens abstinere à carnibus in sexta feria an teneatur abstinere si ead. die occurrat festum Nativitatis, & n. seq. usq. ad n. 30.

13 Votum debet intelligi ut non sit inutile, sed aliquid operetur, & n. 20. & 22.

14 In voto magis attenditur intentio voventis, quam verba.

15 Vovens abstinentiam à carnibus in die, in qua pervenerit ad locum peregrinationis, vel in qua occurrat salutaris Virginis, teneatur abstinere etiam in Dominica Resurrectionis.

16 Votum abstinentiæ à carnibus in die Veneris, an obliget in die Nativitatis ubi non apparet de intentione voventis, & n. 34.

17 Et quid si votum fuerit emissum in memoria Passionis Domini.

18 Diebus festis licet non tantum spiritaliter, sed etiam corporaliter honeste lavari in cubis, & vestibus.

19 Auctoritas legis, vel Superiorum in juramento, & voto semper intelligitur excepta.

20 Votum abstinentiæ à carnibus in die Veneris, nisi comprehendat diem Nativitatis, est derogatum. Contrarium, n. 22.

21 Statutum est nullum si disponat idem quod jus commune.

22 Voto se adstringere ad id, quod est in præcepto, non est inutile.

23 Funiculus duplex difficilis rumpitur.

24 Vovens abstinere à carnibus in diebus alijs permisis teneatur abstinere etiam in die Nativitatis.

25 In voto non fit extensio de casu ad casum.

26 Legi intellectus referri debet ad casum frequentius contingentem.

27 Jejunare vovens in sexta feria tenetur etiam in die Nativitatis Domini.

28 Consuetudo universalis Ecclesie conserat traxisse originem ex traditionibus Apostolorum, vel ex Gen. alibus Concilijs.

29 Consuetudo potest jejunium modificare, si ex rationabili causa sit introducta, non autem ut homines intendant ventri.

30 Mediolanenses an potuerint præscribere contra numerum quadraginta duorum dierum Quadragesimæ ab Ecclesia institutum, & num. seq. usque in finem.

31 Quadragesima ratione jejunii est de jure divino, ratione temporis ex traditione Apostolorum.

32 Quadragesima quot habeat hebdomadas.

33 Quadragesima nulla reperitur, quæ saltem quadraginta duos dies non habeat, & n. 42.

34 Quadragesima in Ecclesia Orientali, in qua non jejunatur Sabbato, incipit in Quinquagesima. Quadragesima quadraginta duorum dierum, qua utitur Ecclesia Romana, additi fuerunt alij quatuor, ibidem.

Mediolanensis Ecclesia hos quatuor dies non admisit, n. 37.

35 Quadragesima S. Ambrosij quæ sit, & n. 38.

36 Quadragesima est decima pars totius anni, instituta ut decima temporis Deo redderetur.

37 Mediolanenses, qui in baptisinate pueros in pedes lavant aquâ consecrata, excusantur ab auctoritate Ambrosij.

38 Quadragesima Mediolanensis Ecclesie in quo differat à Quadragesima Ecclesie Romana.

39 Consuetudo præsertim jejunii relaxativa ut tollat legem, debet esse rationalis, & legitime præscripta, & n. 43.

40 Ratione legitimæ, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit.

41 Consuetudo irrationabilis, & impræscriptibilis est, quæ discrepat ab instituto universalis Ecclesie, aut quæ est contra Ecclesiasticam disciplinam.

42 Quadragesimam totam violavit, qui unam diem abstinendo prætermisit.

43 Consuetudo requirit patientiam cum voluntate Principis, cuius est legem abrogare.

44 Privilegium in materia non verisimili præsumitur falsum, & subreptitium.

45 Can. Denique, 4. dist. n. non est B. Gregorij, licet sub illius nomine referatur.

46 Crimina sunt sustinenda scandali, vel schismatis.

47 Consuetudo in delictis excusat multitudinem à peccato temporali, sed non gehennali.

EXPLICARI. Si festum Nativitatis contingat in sexta feria, licet est carnes comedere, exceptis professis, & voventibus. Hoc dicit. Communis divisio. Decisa consultatio, & responsio. Secunda ibi, Responsio.

Nota 1. ibi, nec voto, nec regulari observantiâ. Regulare non teneri à carnibus abstinere ex voto, sed ex regula, secundum Abb. hic n. 1. in 3. notab. Qui dicit hinc colligi argumentum optimum, Religiosum non teneri ex voto ad omnia, quæ continentur in regulari observantiâ: sed votum vertatur dumtaxat circa tria substantialia regulæ, de quibus in c. Cum ad monasterium, in fine, de statu Monachor. & in hac opinione dicit fuisse B. Thomam, & Archid. in c. 1. 27. q. 1.

2 Sed de doctrina Abbatis ego valde dubito: nam Prosp. Fagn. in 2. par. 3. lib. Decretal.

au. regula non obligat transgressores ad aliquam culpam, ut in religione Fratrum Prædicatorum, in qua similes transgressiones non obligant ad culpam neque mortalem, neque venialem, sed solû ad penam taxatam sustinentiam, teste D. Thoma in 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. Et tunc certum est religiosi licere abique peccato vesci carnibus in die Nativitatis Domini. C. Quisquis præceptis, §. Quod præcipitur, 1. 4. q. 1. & c. Denique, §. Nec est legibus, 4. dist. Neque hoc casu habet locum exceptio, de qua hic, quia loquitur tantummodo de his qui ad abstinentiam obligantur ex voto, vel ex regula, ut probat littera ibi, adstricti. Aut regula obligat transgressores ad culpam, prout regulariter contingit si utatur verbis præceptivis, & æqui pollutibus, ut in iuribus supracitatis: vel notat Abb. in cap. Nam concepit sententiam, num. 2. ver. Et tunc aut lex loquitur per verba præceptiva, supra de Constitutione, & dicendum est religiosos teneri ad observantiam regulæ ex vi voti obedientiæ: quia qui restitit regulæ, Superiori restitit, & sic Deo, cap. Qui restitit, cap. Si Dominus, & cap. Julianus, 11. q. 3. & notat ibi, loco citato. Quid enim referre an Superior oreturus, aut scripto aliquid præcipiat: Et hujus sententia est appetere Divus Thomas ubi supra: Nam in corpore docet transgressionem regulæ in his, quæ pertinent ad exterius exercitium, sicut sunt omnes exteriores observantiæ, obligare ad mortale indistincte in concurrentibus principaliter tria vota substantialia, scilicet paupertatis, continentis, & obedientiæ. In alijs verò, quæ ad prædicta ordinantur, obligare ad mortale in duobus casibus, videlicet propter contemptum, vel propter præceptum, sive oreturus à Prælato factum, sive in regula expressum: Quia, inquit, hoc esset facere contra obedientiæ votum. Et in responsione ad primum ait: (Ille qui proficetur regulâ, non voverit servare omnia, quæ sunt in regula; sed voverit regulæ vitam, quæ essentialiter consistit in tribus prædictis. Unde & in quibusdam religionibus cautius aliqui proficentur nõ quidem regulam, sed vivere secundum regulâ, id est tendere ad hoc ut aliquis mores suos informet secundum regulam, sicut secundum quoddam exemplar. Et hoc tollitur per contemptum. In quibusdam autem religionibus adhuc cautius proficentur obedientiam secundum regulam, ita quod professioni non contrariatur, nisi id, quod est contra præceptum regulæ. Transgressio verò, vel ommissio aliorum obligat solû ad peccatum veniale, quia hujusmodi dispositiones sunt ad principalia vota. Peccatum autem veniale est dispositio ad mortale in quantum impedit ea, quibus aliquis disponitur ad observanda principalia præcepta legis Christi, quæ sunt præcepta Charitatis.) Hæc S. Thomas, quem totidem verbis sequitur Archid. in cap. 1. num. 2. 27. q. 1. & ipse nec Abbas in cap. Nam concepit sententiam, num. 4. ver. Nec obstat si dicatur, supra de Constitutione, atque ita S. Doctor sentit manifeste transgressionem observantiarum, quæ precipiuntur in regula, contrariari professioni, & voto solemnium obedientiæ. Unde Cajetanus post princip. notat Religiosos omnes ultra communia vincula omnium Christianorum teneri etiam ad tria Religionis vota, ita ad præcepta facta in regula, vel Prælato, quæ tamen sub voto obedientiæ comprehenduntur, & ad contemptum. Præerea contra Abbatem allego textum

expressum in cap. Exvi. §. In primis, vers. ad omnia, de verb. signif. lib. 6. Ubi Nicolaus III. dicitis verbis declarat Fratres Minores obligari ex voto professionis ad omnia, quae in eadem regula ipsius 7 sub verbis obligatoris inducuntur. Et Clemens V. in Clem. Exvi. §. Item quia, eod. tit. commemorans quae illa sint, recenset in specie obligationem jejunandi in festis feriis. Quamobrem verum non est quod dicit Abbas, Religiosum non teneri ex voto a carnibus abstinere, sed ex regula: imò enim quisquis tenetur ex regula, tenetur etiam ex professione, & voto solemnium obedientiae. Neque obstat haec decretalis, quia dum excipit adstrictos ex voto, potest intelligi de voto simplici, prout in dubio intelligi solet secundum ea, quae notantur in cap. Rursus, & cap. Memimus. Qui Cler. vel vivens, & per Braxien. in ver. Votum, dum verò excipit adstrictos ex regula, intelligitur de adstrictis ex voto solenni, & sic nulla est superfluitas. Ad hoc d. c. Memimus, cap. Veniens, & cap. Rursus, eod. tit.

Salvari posset dictum Abbatis in eo casu, in quo regula jejuniis praescribens in 6. feria non obligaret ad culpam mortalem, sed ad venialem dumtaxat. Tunc enim Regulares si in illa die incidere festum Nativitatis, tenerentur jejunare ex regula, non autem ex voto, secundum D. Thomam loco citato.

Adverte etiam ad id quod ex D. Thoma superius dictum est, videlicet (Fratres Praedicatorum ex similibus transgressionibus non obligari ad culpam neque mortalem, neque venialem: hoc enim non provenit ex eo, quod praecipitur regulae ex sui natura non obligat ad mortalem reatum, juxta text. in dict. Clement. Exvi. §. Item quia, de verb. signif. Sed quia Constitutionibus Ordinis ita cautum est, videlicet: Ut igitur unitati & paci totius Ordinis provideamus, volumus, & declaramus, ut regula nostra, & Constitutiones nostrae non obligent nos ad culpam, nisi propter praecipuum, vel contemptum. Praecipuum autem in Regula nullum, nisi quod de natura sua est ratione rituum votorum, vel divinae, aut Ecclesiasticae legis contineri volumus, & declaramus. Et idem in Constitutionibus, nisi ubi ponitur sententia excommunicationis, aut formaliter exprimitur per verbum, Praecipuum in virtute sanctae obedientiae. Et hoc idem in ordinationibus, & Praetorum verbis, & litteris intelligi volumus.) Haec ibi.

10 Non igitur mirum si Regula, & Constitutiones praedicti Ordinis non obligent ad culpam; quia ubique constat de mente legis obligare non lentis, nunquam inducitur obligatio, ut declarat Abb. in d. c. Nam concupiscentiam, n. 2. vers. Distingue sic, quod aut certum est de mente legis, supra de Constitutionibus.

11 Secundò nota in eod. vers. Exceptis, eos, qui generaliter voverunt nunquam vesci carnibus, non posse illis vesci in die Nativitatis Domini. Rationem reddidit glossa 1. hic, quia quae sine conditione voventur, sine conditione solvuntur, cap. ult. 3. 2. q. ult. Nam ex quo in voto emissio nihil exceperunt, generaliter tenentur, arg. cap. Quia circa, de priv. leg. §. Si servus, ff. de serv. urban. praedior. Atque ita glossa intelligit exceptionem hic positam in eo, qui vovit generaliter carnes nunquam comedere. Et in hoc conveniunt omnes, ut testatur Abbas n. 3. vers. in glossa prima.

12 Sed valde controversum est quid juris sit in illo, qui specialiter vovit abstinere a carnibus in die Veneris, numquid talis possit eas comedere, si in illa die occurrat festum Nativitatis Domini, Abbas hic num. 3. vers. sed praedens opinio, concludit hunc teneri abstinere etiam in die Nativitatis. Et hanc opinionem dicit esse veriorum, & in eam inclinare Moderniores, tum ob rationem glossae, quia qui generaliter vovit, tenetur abstinere in qualibet sexta feria; Tum quia, ut ipse ait, si intelligeretur votum de eis illicito, iste vovisset Deo de vento. Unde ut videatur Deo aliquid offerre, debet intelligi quod abstinere feria sexta, etiam si alias licite possent carnes comedere. Nam dispositio debet semper intelligi ut non firmiter, sed ut aliquid operetur, c. Abate, infra de verb. signif. & l. Quoties, de verb. obligat. Sed si votum praedictum referretur ad eum illicitum, de nihilo serviret Deo illud votum, arg. Qui bis, ff. eod. ergo debet generaliter intelligi, ut comprehendat etiam eum licitum, idem videtur sentire Sylvest. in ver. Jejunium, in l. o. q. n. 27.

Sed oppositum tenet Jo. Andr. hic n. 4. in gloss. 1. nam secundum eum licet ritum sit hoc tenere, quod dicit glossa; tamen si quis vovit non comedere carnes in sexta feria, occurrente eo die festo Nativitatis, comedere poterit, nisi etiam eum casum in voto includere intendisset, ut sic illud votum intelligatur de usu non licito, allegat cap. Petrus, & cap. Ad nostram, si tercio, de iurejur. cap. Super quibusdam, de verb. signif. §. l. Adigere, §. ult. ff. de iurepatr. Et quod hic dicitur de voto, Joan. Andr. intelligit de eo, qui vovit nunquam comedere carnes. Et idem putat si vovisset non comedere die alias permisso, & tunc festum occurreret; nam & eo casu locus esset glossae. Ita Joan. Andr. quem hic referunt, & sequuntur Henric. Boich. num. 1. & 2. Anton. de But. num. 4. & Petr. de Anchar. nu. 3. licet eum reprobet Cardin. nu. 3. quia, inquit, hodie, ex quo emanavit illud Capitulum, quicumque voverit non comedere certà die, puta sexta feria, vel die, qua venerit Saluatoris Virginis, si ea die venerit Nativitas, tenebitur servare votum, ex quo non exceperit hunc casum, Regula Contra eum lib. 6.

Posset sic distinguui. Aut vovens non comedere carnes in festis feriis intendit comprehendere etiam diem Nativitatis; & extra dubium est hunc teneri abstinere etiam in illa sexta feria, in qua occurrat Nativitas, quia eatenus quis adtingitur voto, quatenus intendit, & non ultra, leg. Obligationem, ff. de ation. & obligat. cap. Litteraturam, & ibi glossa 1. supra de voto. Magis enim in voto attenditur intentio vovens, quam verba, cap. Super per eo, §. Rursus, eodem tit. Et idem puro si habituraliter intendisset obligare ad abstinentiam a carnibus etiam in die Nativitatis, ut quia si hoc memoriae occurrisset ita deliberallet, ut declarat Sylvest. in ver. Jejunium, q. 10. num. 27. vers. Ego distinguo. Ad hoc l. Cum in testamento, ff. de rebus dub. & l. Tale patrum, §. fin. cum concord. de quibus illi per glossam in fine, ff. de pad. ut multò magis si tacite se obligaverit ad abstinentiam etiam in die Nativitatis, puta quia in illa die, quae contingit in sexta feria, carnes comedit, & sibi accidit aliquid iniustum, & ideo vovit in omnibus festis feriis a carnibus abstinere. Idemque dicendum esset si vovisset abstinere in die, in qua perveniret ad

ad locum peregrinationis, secundum exemplum Joan. Andr. hic in primo p. in ver. Voto. Nam si perveniret ad locum destinatum in die Dominico; imò & in paschate Resurrectionis, utique teneretur abstinere. Et idem esset si voluisset per annum abstinere in die, in qua occurrat Saluatoris Virginis, secundum exemplum Cardinalis: nam si hoc festum contingeret in die Dominico, absque dubio teneretur abstinere, etiam in Dominica Resurrectionis.

16 Non igitur apparet ratio, cur non item tenetur in die Nativitatis. Quod si de intentione vovens nec expressis, nec tacite apparet, tunc recurendum esset ad causam, qua motus fuit ad vovendum. Nam si vovisset abstinentiam a carnibus in die Veneris, quia pluries comederat, & voluit praecipitur Ecclesiae addere etiam obligationem voti, ut hoc vinculo se à peccato cohereret; hoc casu non videtur se voluisse adstringere ad abstinentiam in die Nativitatis; quia in illa die nullum esset peccatum vesci carnibus in sexta feria, ut hic patet. Et sic cessat ratio motiva, propter quam vovit, arg. cap. Etsi Christus, ad finem, supra de iurejur. Idemque arbitror dicendum in eo, qui vovit abstinere a carnibus in festis feriis in memoria Dominicae passionis. Verisimiliter enim non videtur se voluisse adstringere ad abstinentiam in die Nativitatis, sed potius se conformare cum consuetudine ecclesiae universalis, qua licet indecenter recolat memoriam passionis Domini; tamen in festo Nativitatis indulget fidelibus esum carnum ob tanta civilitatis venerationem, ut hic patet. Nam propter excellentiam diei detrahitur abstinentia, & maceratio carnis. Unde colligunt Doctores, in diebus festis licere non tantum spiritualiter, sed etiam corporaliter honeste latari in cibis, & vestibus, ut in specie hic notat Abb. num. 2. & Sylvest. in ver. Jejunium, num. 27. vers. Ex quibus illic potest. Quamobrem sicut in iuramento intelligitur excepta auctoritas ecclesiae, & legis, cap. Constituta; & contrario sensu de rescriptis, cap. Venientes, de iurejur. Bald. cons. 29. n. 2. in fine, vers. Nam sicut in iuramento, lib. 1. ita & in voto, ut praefertur, emissio, cap. Non est voti, supra de voto, gloss. unica in cap. Deus qui, supra de vita & honest. Cleric. Hostiens. in cap. Rursus, infra de Cler. vel Monachi. Ad quod optime faciunt iura per Jo. Andr. allegata, de quibus supra n. 13. vers. Sed oppositum.

17 Neque obstat quod secundum Petr. de Anch. hic in 3. notab. cum abstinencia a carnibus in die Veneris sit in praecipuo, votum super hoc emissum videatur derogatum, cum non possit augere effectum obligationis contractae ex iuris dispositione, ut l. Creditori, ff. de leg. 1. & l. Qui bis, ff. de verb. obligat. Sicut statutum est nullum, si disponat idem quod jus commune, ut notatur in cap. 1. de Constitut. lib. 6. & c. propterea ut votum aliquid operetur praeter jus commune, includere debeat etiam diem Nativitatis. Nam responderetur, cessare hanc difficultatem, si intelligamus hunc textum procedere in eo tantum casu, in quo quis vovit nunquam carnes comedere, juxta intellectum Jo. Andr. talis enim proculdubio se adstringit ad abstinentiam ultra jus commune, atque ita votum non est inutile.

20 Quod si loquamur in eo, qui in specie vovit abstinentiam a carnibus in die Veneris, tunc respon-

Prosp. Fagn. in 2. part. 3. lib. Decretal. Gg 3

deo non esse inutile ut quis se voto adstringat ad id, ad quod tenetur ex praecipuo Dei, vel Ecclesiae.

Quod optime explicat Cardin. Cajetanus in 2. 2. q. 1. §. 6. art. 9. vers. Dubium circa hanc litteram, ait enim (Quem admodum id quod cadit sub iure positivo communi, si in regula statuitur, obligatur illius professor duplici vinculo, scilicet, juris Canonici & propriae regulae ad id servandum, verbi gratia, si in regula inducitur inter alia jejunia etiam illa, quae sunt ab ecclesia instituta, tenetur Religiosus ille jejunare non solum ex ecclesiae statuto, sed & ex sua regulae mandato: Ita si praecipitur Dei, vel naturalis iuris in regula statuuntur servanda, tenetur professor illius regulae ex duplici capite ad illa praecipitur servanda, scilicet ex divino iure, & ex sua regula. Non enim inveniuntur praecipitur à iure iterum praecipitur ab alio iure, vel iudice, ut patet.) Haec ille.

Praeterea non est inutile ut aliquando quis voveat abstinentiam a carnibus in diebus alias prohibitis. Nam aliquis abstinere à peccato propter votum, qui non abstinere propter praecipitur. Idemque poenitenti, qui in peccatum aliquo frequentius labitur, providus Sacerdos quandoque suadet cum fructu ut voveat ad tempus vel sic à lapsu compellat.

Vade non subsistit quod dicit Abbas hunc vovete Deo de vento, quia funiculus duplex difficultus rumpitur, cap. 1. de reg. & pace, & duo vincula magis stringunt, quam unum. §. Assini aris infuitur, de nupt. Auchen. Itaque, c. de communi, de successu simili.

23 Quod si neque ex causa impulsiva, neque ex alijs circumstantijs, & coniecturis discerni possit an vovens non vesci carnibus in sexta feria intendit se adstringere ad abstinentiam in die Nativitatis necne, sed res prolixius dubia sit: tunc existimo veriorum esse opinionem Jo. Andr. ut scilicet textus noster procedat in eo tantum, qui generaliter vovit nunquam vesci carnibus, utique voluit privare se libertate illas comedendi etiam in diebus alijs permittis. Unde cum ex vi suae obligationis teneretur ab illis abstinere, etiam in Dominica Resurrectionis, non est ratio cur similiter non teneretur in die Nativitatis, aequaliter enim permittit Ecclesia esum carnum in paschate, atque in Nativitate. Unde Doctores dicunt eum, qui vovit abstinere a carnibus in omnibus quinis feriis, teneri utique abstinere etiam in die Jovis occurrat festum Nativitatis.

24 Quod aperte sentit Jo. Andr. n. 4. in gloss. 1. vers. Item puto. At verò qui vovit specialiter abstinere a carnibus in die Veneris, vovit abstinere etiam in illis diebus, in quibus ex prohibitione Ecclesiae interdicitur esus carnum: ergo non censetur voluisse abstinentiam in die Nativitatis, quia in illa die, etiam si sit feria sexta, esus carnum non est ab Ecclesia interdictus. Non enim est faciendum extensio ex festis feriis alias prohibitis ad sextam feriã Nativitatis ab Ecclesia permissam, cum in voto non debeat fieri extensio de casu ad casum, ut notatur in cap. non solum de regular. lib. 6. & probatur in cap. Litteraturam, supra de voto. Et in dubio credendum

Gg 3

dum est futurum fuisse ut vovens exceperisset diem Nativitatis, si memoria occurrisset, ut sic cum Ecclesia nisi se conformaret, & non esset singularis in sua familia, ut videtur advertisse Molina tom. 2. de just. dist. 272. col. 2. vers. *Exempla sunt.*

26 Præterea frequenter accidit ut quis generaliter voveat nunquam edere carnes, ut patet in Carthusianis, & Minimis S. Francisci de Paula. At vix reperitur ut regula præcipiat in specie abstinentiâ à carnibus in die veneris, hoc enim ferè esset ridiculum, cum non tantum Religiosis profectis, sed omnibus Christianis in ea die sit usus carnis interdictus. Item rarissime accidit ut quis voto se astringat ad carnes non edendas in die veneris, & ferè hic casus vix potest contingere nisi in eo, qui aliquando edit, & propterea vult se lapsu coercere, addita voti obligatione. Ergo hic Canon adaptari debet ad primum casum, qui frequenter accidit, l. Nam ad ea, ff. de legibus, non autem ad secundum, qui aut perraro, aut nunquam contingit. Nam ex ijs, quæ forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur. Imò quæ semel, aut bis accidunt, continentur legislatores, ut l. Ex ijs, & l. Quamvis, ff. eod. Ex his apparet fortè aliud dicendum esse in his, qui ex voto, seu ex regula tenentur jejunare in omnibus sextis ferijs, ut Fratres Minores. Hi enim voto sunt adstricti ad id, ad quod de jure non tenentur, cum jejunium in sexta feria non sit præcepto, ut dixi in capite præcedenti, num. 23. & consequenter sunt adstricti etiam ad jejunium in die Natalis Domini, cum quoad jejunium non sit differentia inter illam diem, & alias sextas ferias. Atque ita in eo, qui in sextis ferijs vovit jejunare, tenentur Palud. in 4. dist. 38. q. 3. art. 4. num. 26. Navarr. in Summa Hispana, 2. 28. adit. ad n. 27. c. 21. & alij apud Sanch. in Summ. tom. 1. lib. 4. cap. 1. n. 61.

28 Ultimo nota ibi, secundum consuetudinem Ecclesie generalis, valere consuetudinem in relaxatione Jejunij, quod dicit mente tenendum Abbas, hic num. 3. subdens hunc textum optimè facere pro glossa in cap. præcedenti, & contra dictum Hostiensis ibi. Sed tu adverte, quia textus hic loquitur in consuetudine universalis Ecclesie, quæ censetur traxisse originem vel ex traditionibus Apostolorum, vel ex decretis Conciliorum generalium, ut legitur in cap. Illa, ubi Archid. & omnes notant, 1. 2. dist. Unde non mirum si tanquam lex ubique servanda sit, cap. pernitiosus, supra de celebr. Missar.

29 Quod si consuetudo sit localis, tunc subdistingue. Quædam enim est consuetudo, quæ non relaxat jejunium in totum, sed illud modificat, & interpretatur quoad horam, qualitatem ciborum, & vincam comestionem. Et hæc valida est, si ex honesta, & rationabili causa sit introducta: non autem ut homines intendant ventri, & gaudijs temporalibus, ut dixi plene in cap. præcedenti, num. 46. Quædam vero est consuetudo, quæ in totum solvit jejunium, & in hac sunt opiniones, quas recitant in eodem, cap. præcedenti, num. 55. Abbas, ibi, num. 5. distinguit An Papa sciat, & tolleret necne. Hic verò, n. 3. ponit aliam distinctionem, videlicet an consuetudo habeat in se causam rationabilem, & honestam, an non. Sed tu dic lazius, ut in quaest. seq. præsertim à num. 39.

30 QVAERO, An ex consuetudine immemorabili in Populo Mediolanensi poterit præscribi con-

tra numerum 42. dierum Quadragesimæ ab Ecclesia institutum, ita ut non possint Mediolanenses compelli ad inchoandum jejunium, sive abstinentiâ in die Dominico, qui præcedit feriam secundam, quæ ex prædicta consuetudine ipsi est initium Quadragesimæ continentis dies 41.

31 In hoc dubio supponendum est primò Quadragesimam ratione jejunij esse de jure divini ratione temporis esse ex traditione Apostolorum, ut per multos Canones antiquos, & dicta Sanctorum Patrum docet Martinus Hjala de tradit. par. 3. de jejunio, & Quadragesima. Et Cardinalis Varrenius de ceremon. a tempore luptis, c. 1.

32 Supponendum est secundò Quadragesimam habere aut sex, aut septem hebdomadas, ut tradit Cassianus in collation. de remiss. Quadragesimæ.

33 Nam illi, qui jejunant septem hebdomadis subtrahunt abstinentiâ septem dies dominicos, & sex dies Sabbathi: qui verò sex hebdomadis, sex dies dominicos, ut B. Gregorius docet homil. 16. tractans de numero dierum Quadragesimæ, ita ut non sit repetire Quadragesimam, quæ tamen non habeat quadraginta duos dies. Ecclesia liquidem Orientalis, in qua non jejunatur Sabbatho, incipit Quadragesimam in quinquagesima; & sic continet septem hebdomadas. Ecclesia verò Romana servat numerum quadragesimæ duorum dierum, quibus, ut idem Gregorius tradit de consecrat. dist. 5. can. Quadragesimæ additi fuerunt quatuor alij dies.

35 Supponendum est tertio Quadragesimam Sancti Ambrosij fuisse quadraginta duorum dierum, & incepisse à die dominico, ut ex ipso habetur sermon. 23. & 24. ait enim in serm. 23. Sanctæ Quadragesimæ rationem, cuius hodie initium celebramus. Qui dies per sequens sermonem probatur fuisse dies dominicos, dum inquit; Retinent adhuc sensus vestri, Fratres, non hoc superiore Dominica prædicasse. In utroque autem sermone explicat, cur Quadragesima habeat quadraginta duos dies, cuius figuram quadraginta duas illas mentiones dicit habuisse. Quin etiam Decius Doctor Mediolanensis in cap. Ad audientiam de rescript. num. 20. habet hæc verba: (Quadragesima instituta fuit ut decima temporis Deo redderetur, quæ est in triginta sex diebus, prout est Quadragesima, exceptis diebus dominicis, & ulterius additi sunt quatuor dies, & sic sunt quadraginta ad imitationem Christi, qui quadraginta diebus jejunavit, can. Quadragesimæ, dist. 5. Quod fultus ante eum explicat Gemin. conf. 37. num. 2. vers. De hoc est.)

37 Mox subdit Decius; Ecclesia verò Mediolanensis non accepit illos quatuor dies. Hæc ille. Et in hoc Mediolanenses excusari possunt ob auctoritatem Ambrosij. Quemadmodum est pedes eorum, qui baptizantur, prohibeantur lavari in Concilio Eliberitano, cap. 48. relato in cap. Emendari, 1. q. 1. tamen excusantur Mediolanenses, qui Ambrosij auctoritate Puerorum pedes lavant aqua consecrata, ut ait ibi gloss. in y. Laudandi sunt. Cum igitur Quadragesima Ambrosiana differat solum in quatuor diebus a Quadragesima, quam Romana servat ecclesia; sequitur ut quadraginta duos dies contineat, & incipiat in ipso die dominico; ut ostensum est ex eodem sancto, & testatur etiam Divus Gregorius, ind. humil. 16.

39 His suppositis ad dubium videtur negativè respondendum, Nam consuetudo, ut tollat legem, debet

debet esse rationabilis, c. fin. ubi Abb. n. 4. de consuetud. glof. un. in cap. 1. eod. tit. per illum textum, Felin. in c. Cum ex officio, de prescript. Aym. conf. 96. n. 3. Anton. Gabr. lib. 5. de prescript. consil. 1. n. 36. alios congerens. Quod maxime est verum in consuetudine jejunij relaxativa, ut hic per Abb. num. 3. Talis autem non est hæc consuetudo, cum nulla ratio sit cur eo die, quo non modo Ecclesia Mediolanensis, sed tota ab Oriente usque ad Occidentem Ecclesia incipit officium Quadragesimale, & luget peccata, ut inquit Cassianus in supra script. collat. Solus populus Mediolanensis intemperantiæ indulget. Ergo cum prorsus sit contra rationem, ut tanta deformitas publice in Ecclesia appareat; sequitur ut talis consuetudo non possit tollere legem maxime rationabilem: quinimò cum maneat ratio eadem, ut inquit D. Thomas in 1. 2. q. 97. art. 3. ad 2. Propter quam prima lex utilis erationi consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit. Quamobrem in solemnibus jejunijs, præsertim Quadragesimæ, consuetudinem absolute nihil posse docuit Hostin. in cap. præced. nu. 2. retractans quod prius scripserat in summa: quem ibi sequitur Jo. And. num. 8. Butr. num. 12. Cardin. num. 2. & alij frequentiori calculo. Et ita communiter teneri testatur Præpos. in c. Denique, n. 23. 4. dist.

41 Præterea illa consuetudo dicitur irrationabilis, & nullo tempore præscribi potest, quæ est contra Ecclesiasticam disciplinam, cap. Cum inter, de consuetud. Felin. in cap. Accedentes, n. 6. vers. Fallit 4. de prescript. Balbus in tract. de prescript. in prima parte sextæ partis principalis, n. 7.

42 Sed hujusmodi consuetudo non modo simplici disciplina Ecclesiastica, sed & ipsi Apostolorum traditioni adversatur, ut ostensum est supra in secundo supposito, cum non detur species Quadragesimæ, quæ habet dies 41. & Ambrosius in eodem sermone de Quadragesima dicit: (Si quisquam unam diem abstinentio prætermiserit, totam Quadragesimam violavit, & propter modici temporis cibum, magnum fructum laboris amittit); & si solvitur jejunium uno die, tota Quadragesima inhonoratur, cap. Non liceat, consecr. dist. 3. & cap. Non oportet, ead. dist. Ergo talis consuetudo præscribi non potuit.

43 Altera conditio ad hoc ut consuetudo immemorabilis possit legem abrogare vel in totum, vel in partem, est ut sit legitime præscripta, Abb. in d. cap. fin. num. 4. de consuetud. & requiritur patientia cum voluntate Principis, cuius est talem abrogare. Innocent. in rubr. de consecrat. Felin. alios allegans in cap. Cum ex officio, n. 8. de prescript. Aym. conf. 96. n. 7. Sylvest. in ver. Jejunium, n. 8. Nec sola tolerantia sufficit ut ex ea colligi possit consensus Principis; multa enim tolerantur, quæ si in iudicium deducerentur, non deberent tolerari, cap. Cum jam dudum, in fin. de præscript. Sed in proposita consuetudine non potest ostendi Summi Pontificis voluntas, qui semper reclamant per Prædicatores ut in specie testatur Sylvest. ubi supra his verbis: (Ego verò primam imitationem approbo, quando consuetudo est irrationabilis; secundam (hoc est, quoad interpretationem jejunij qualiter sit explendum) concurrentibus duobus. Primò quod Papa sciret sine reclamazione, secus ubi reclamaret per Prædicatores, sicut ubique facit de

jejunio Quadragesimæ, quod à minori parte fidelium servatur; & tamen consuetudo non excusat. Secundo, quod consuetudo talis sit apud timoratos, & non eos, qui non jejunant, credentes tamè & scientes se jejunio obligatos, quia non est consuetudo, sed corruptela.) Hæc Sylvest. At in casu nostro Papa semper reclamare per prædicatores contra non observantes præcepta Ecclesiastica, nec apparet Mediolani omnès etiam timoratos conscientia hoc modo jejunasse, sed potius contrarium ex Dec. supra cit. Ergo talis consuetudo cum non sit legitime præscripta, non debet obtinere adversus instituta universalis Ecclesie, Ecclesiasticam disciplinam, & traditiones Apostolorum.

44 Non obstat quòd habens consuetudinem immemorabilem possit allegare privilegium, cap. 1. Ubi Doctores de prescript. in 6. quia quoad allegatur privilegium in materia non verisimili, præsumitur falsum, & subreptitium, Felin. in c. Cum ex officio, n. 13. de prescript.

45 Nec obstat Can. Denique, dist. 4. Primò, quia ex illis verbis clare non habetur, de qua Dominica loquatur. Denique allegatur nomine Gregorij; & tamen non reperitur ulquam tale dictum apud ipsum. Imò repugnat expressè verbis Gregorij supra relatis Homil. 16. Sed neque ex illis verbis c. Denique, potest colligi voluntas, & consensus Papæ.

46 Demum prædictus Canon ubique probat consuetudinem illam vescendi carnis in Dominica Quadragesimæ esse corruptelam, & populos, qui ab ea dimoveri non poterant, mortaliter peccare. Et quamvis dicat cum venia suo ingenio relinquendos esse, tamen, ut inquit in ver. Venia, hoc debet intelligi de venia penæ, non de venia culpæ; tolerat enim Gregorius illud crimen vescendi carnis in Dominica Carnisprivij propter periculum schismatis, vel scandali. Unde non est dicendum quòd ignoscatur eis, licet non puniat eos propter multitudinem, vel scandalum. Sustinent enim sunt crimina ratione scandali, vel schismatis, ut 2. q. 4. cap. Non potest, & ratione multitudinis, ut 5. o. dist. cap. Vt constitueretur. Hæc ibi, & in ver. Consuetudine, glossa dicit, consuetudinem hujusmodi excusare à penæ temporali, ut ibi, sed non à gehennali. Imò enim consuetudo non minuit peccatum, sed auget, c. Schisma, 2. q. 1. c. Flagitia, 3. q. 7. c. Non sari, de simon. & sequuntur ibi Archid. Bellam, Turcretem, & Præpos.

Ultimò non obstat quòd legitur in recentioribus Homiliaris, Dominica Carnisprivij: & tamen sequitur in c. Quadragesima. Et quod in Brevarijs, & Missalibus Ecclesie Mediolanensis prima Dominica Quadragesimæ appellatur, quæ est secunda juxta nostram sententiam. Tum quia inscriptiones hujusmodi procedunt supposità corruptela inducta post Ambrosium. Tum etiam quia cum ille dies sit primus, non appellaretur prima Dominica Quadragesimæ, sed potius Dominica in capite jejunij Quadragesimæ.

De Ecclesiis edificandis, vel reparandis.

Cap. Audientiam, il primo.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia nova potest in parochia edificari propter nimiam distantiam parochialis, etq; certa portio assignari ex redditibus Ecclesie antiquae.
- 2 Possimus id solum, quod commode possimus.
- 3 Horis congruis non accedens ad actum explicandum non censetur eidem interesse.
- 4 Parochia nova erigi non potest ex redditibus Ecclesie, cui non supersunt necessaria ad sustentationem Rectoris.
- 5 Parochiani cogi possunt ministrare quae sufficiant ad vitam novi Parochi sustentandam, si Ecclesia matris redditibus non abundet.
- 6 Et quid si Parochiani sint pauperes, & n. seq.
- 7 Ecclesia parochialis quandoque erigi potest sine dote.
- 8 Parochialis noviter erecta quem honorem debeat impendere matri Ecclesie.
- 9 Et in quibus eidem remaneat subjecta, & n. seq.
- 10 Ecclesia nulla prater Cathedralis fundat intentionem super subiectione alterius Ecclesie etiam fundata infra limites parochie sue.
- 11 Parochia nova erigi potest ab Episcopo infra limites parochie alterius, etiam in viro Rectoris.
- 12 Appellatio non potest ab erectione nova parochie ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantum.
- 13 Parochia nova ut erigi possit ab Episcopo infra limites alterius parochie, quae requirantur, & num. seq. usq; in fin.
- 14 Parochialis Ecclesia in alterius parochia regulariter edificari non debet.
- 15 Fallit legitimam subsistente causa, ibid. n. 15.
- 16 Et causa iusta est magna difficultas Parochianorum accedendi ad Ecclesiam matrem, & n. 23.
- 17 Non tamen requiritur ut aliqui decesserint sine Sacramento.
- 18 Parochia ampliativa an sit iusta causa erigendi novam parochiam.
- 19 Et quid si inter populum alienius villa, & parochialem intercedat flumen, quod transire non possit.
- 20 Parochialis si intra civitatem sita sit, quibus remedijs consulendum sit Parochianis extra civitatem existentibus.
- 21 Regulares, quibus concessa est parochialis intra civitatem, cogi possunt ab Episcopo ad construendam Capellam extra civitatem, etque inserviendum per seipos, vel Capellanum amovibilem.
- 22 Parochialis nova construi potest ob necessitatem leproforum, sine gravi tamen praedictio Parochialis antiquae.
- 24 Parochia erigi non potest ex sola causa quod populus sit valde numerosus, sed tunc cogendus est Rector sibi coadiutores adungere.
- 25 A parochia antiqua non potest Episcopus loco erectionis nova parochia aliquam partem populi separare, & alteri commodiori applicare.
- 26 Nec duas Parochias unire.
- 27 Vicarius duas perpetuas in parochiali Episcopus

- erigere non potest ex eo, quod populus sit valde numerosus.
- 28 Parochia ut erigi possit quot incolae sint necessarij.
- 29 Parochia erigi non potest nisi citato Rectore Ecclesie matris, & alijs quorum interest, & n. seq.
- 30 Parochia erectio si nulla sit ex defectu citationis; non tamen prohibetur Episcopus si causa subsit, iterum ad erectionem procedere.
- 31 Parochialis erigenda infra limites alterius parochia quo ordine sit procedendum in assignatione dotis, & n. seqq.
- 32 Parochialis erigenda assignari possunt redditus Ecclesie matris, etiam si Cathedralis, non autem aliarum Ecclesiarum.
- 33 Pro parochia noviter erigenda potest Episcopus facere unionem beneficiorum, si alijs redditibus non suppetant.
- 34 Et quid de Canonicis habentibus curam animarum annexam in alia Ecclesia non Collegiata.
- 35 Ius patronatus Ecclesie noviter edificatae infra limites alterius parochie, quibus sit referandum.
- 36 Patroni plures esse possunt unius Ecclesie ex causa fundationis, vel dotationis, etiam si inaequaliter dotaverint, & n. seq.
- 37 Aera quid sit.
- 38 Ecclesia matris, ex cuius obventionibus erigitur nova parochia, efficitur patrona simul cum alio dote.
- 39 Ecclesia matris non acquirit ius patronatus in Ecclesia fundata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, quamvis oblationes futurae deantur esse loco dotis.
- 40 Capella si intra Ecclesiam edificetur, & ab alio doretur, Ecclesia efficitur patrona.
- 41 Mandatum speciale requiritur ad erigendam novam parochiam.
- 42 Ad parochia erectionem Episcopus an procedere debeat auctoritate ordinis, & vel delegati.
- 43 Parochias novas concurrentibus requisitis possunt Episcopi erigere etiam in parochijs Regularium, & Ordinum Militarium.
- 44 Regulares Ecclesias ob Sacramentorum necessitatem non possunt Episcopi in parochialis erigere.
- 45 Appellatio ab Episcopo procedente auctoritate delegata in eo casu, in quo uti poterat etiam auctoritate ordinaria ad quem sit interponenda, & n. seq. usq; ad n. 49.
- Et quid si procedere non poterat auctoritate ordinaria, n. 47.
- 46 Potestas delegata a cur sit Episcopi per Concilium Tridentinum attributa.
- 48 Appellatio ab erectione parochialis facta ab Episcopo infra limites parochie regularibus subiecta interponi non potest nisi ad Papam.
- 49 In parochia erigenda an Episcopus teneatur adhibere consilium, vel consensum Capituli, & n. seqq. usq; ad n. 55.
- 50 Quid de iure communi.
- Et quid ex Concilio Tridentino, n. 52, & 54.
- 51 In parochia dismembratione requiritur traditus.
- 53 In unionibus, & alijs actibus, quae sunt auctoritate delegata, non requiritur Capituli consensus.
- Declaratur, n. 54.
- 54 Capituli consensus non requiritur, si nova parochia ab Episcopo erigatur in parochia Regularibus subiecta.
- 55 Decima ad Ecclesiam matricem pertinentes an transfereantur

- ant ipso iure in parochialem noviter erectam infra alios limites.
- 56 Ecclesia, quae non tenet in parochialem erigitur, an Episcopus in vim Concilij Tridentini possit unire aliquem ex Canonicis Ecclesie matris, & n. seqq.
- 57 Inveni facultas non venit in generali dispositione.
- 58 Tituli non sunt ab Episcopo transferendi ab una ad aliam Ecclesiam sine magna causa.
- 59 Parochia ex iusta causa possunt dividi etiam in vitio Clericis.

**A**D AUDIENTIAM. Propter nimiam distantiam Ecclesie potest nova Ecclesia in illius parochia constitui, etique certa portio assignari ex redditibus Ecclesie antiquae. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. In prima ponit facti narrationem. In secunda provisionem, ibi, *Quia erigitur*. Quae primo providet quando rector consentit. Secundo, quando dissentit, ibi, *si vero*.

2. Nota primo ibi, *Sine magna difficultate*, hanc esse iustam causam dividendi parochiam, & novam ecclesiam infra illius limites construendi, si Parochiani ad ecclesiam antiquam sine magna difficultate accedere nequeunt pro Sacramentis percipiendis, & divinis officijs audiendis. Et quod hic dicitur, sine magna difficultate, Concilium Tridentinum dixit, *Sine magno incommodo in cap. 4. sess. 21. merito*; nam illud solum possumus, quod commode possumus, ut *L. Nepos, Proculo, ff. de verborum. signific. cap. fin. supra, de dilat. cap. Quia propter, de elec. cap. fin. § penult. de procurat. glof. in cap. Faciat, in ver. Non potest, in fin. 22. quast. 2.* & hic notant Hostien. in *prim. in ver. Sine magna difficultate*, Jo. Andr. num. 2. Butr. n. 4. Cardin. num. 2. & Anchar. in 2. notab. Sive autem haec difficultas adveniit ecclesiam matricem proveniat ex distantia loci, five ex alia causa, nihil refert, ut dicam infra in 1. q. num. 18.

3. Secundo nota ibi, *congruo tempore*: eum, qui congruo tempore non accedit ad actum explicandum, non censeri eidem actui interesse, argum. cap. *consuluit, § 1. supra, de offic. deleg. secundum Hostien. bic in prim.* Jo. Andr. num. 2. Butr. num. 4. omnes in ver. *Congruo tempore*, & Card. in 2. notab. Quod facit contra Canonicos, qui accedunt ad Chorum post officium inchoatum; & contra eos, qui ad Missam ceptam veniunt diebus festis, ut praecipio Ecclesiae non satisfaciunt. De quo tamen dicitur per Innocent. in cap. *Dolentes, ad fin. vers. Item si aliquis non interfuit, supra de celebrat. Missae, per Archid. in cap. Missae, de consecr. distin. 1. & Sylvest. in ver. Missae, 2. nu. 1. vers. Dicitur quare.*

4. Tercio nota ibi, *convenienter valeat sustentationem habere*: non esse locum erectioni novae parochiae ex redditibus Ecclesiae antiquae, nisi Ecclesia matris ad eos redditus abundet, ut ejus Rector absque proventibus novae ecclesiae assignatis competentem valeat sustentari, ut *hic & in cap. Bone rei, 1. 2. q. 2. cap. Quicumque, 16. q. 1. cap. Ecclesia, supra, de decim. & cap. proximo, supra eodem.* Quamobrem si Rector matricis ecclesiae egeret redditibus sibi subtrahitis, illius causa prior habenda esset, argum. cap. 1. *supra, de paroch. cum aliis hic allegatis per Hostien. num. 3. in verb. Obventiones, vers. Sed quid si antiquus Rector, & Butr. n. 10*

nam agris suis licentibus alieni non sunt irrigandi, *l. Praes, C. de servit. & ita concludunt hic gl. in ver. Convenienter, Hostien. num. 3. Joan. And. num. 7. in glof. 2. Butr. num. 4. in Ver. Abundare, & Anchar. in 3. notab.*

Verum hanc conclusionem limitat ibidem Hostien. & glossam corrigit in eo casu, in quo nisi fieret erectio novae parochiae, animarum periculum immineret, puta quia Parochiani decederent sine confessione, & aliis Ecclesiae Sacramentis: tunc enim putat novam parochiam esse ab Episcopo erigendam, etiam si ecclesia matris redditibus non abundet, nam tebus animae sunt praeferenda, ut notatur in cap. *extirpanda, § Cum erigitur, supra de praeb. & cap. 1. de pignor. Sed tunc adverte, quia glossa habuit optimum intellectum relata ad textum: non enim negat quin sit facienda erectio ubi periculum imminet animarum; sed sentit illam non esse faciendam ex redditibus ecclesiae antiquae, quando hujusmodi redditus non sufficienter sustentationem Rectoris, & sic glossa non discrepat a sententia Hostienis. Dic ergo in hoc casu in quo ecclesia antiqua nihil habet praeter necessarium sustentationem, & subest periculum animarum, cogendum esse ab Episcopo subiectionem parochiae populam, ut presbytero in itinere necessaria minuitret, argum. cap. *Gum sit Romana, de Simon. & expresse cautum est decreto Concilij Tridentini cap. 4. sess. 2. ubi innovatur hoc cap. & statuitur ut si necesse fuerit, compellere possit Episcopus populam ea subministrare, quae sufficienter ad vitam ipsius Sacerdotis sustentandam, facit c. 7. sess. 2. 1. ibi. In illorum defectum Parochianos omnibus remedijs opportunis ad praedicta cogant, & cap. 1. 3. sess. 24. in illis verbis: (per Parochianorum Symbola, aut collectas, aut quae commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut parochiae necessitate decenter sufficiat.) Hec ibi. Sin autem paupertas Parochianos excuset, cogat Episcopus Abbatem, vel Praepositum, cui parochia illa in temporalibus subest ad suppeditanda vitae necessaria Sacerdoti imminuendo, ut cap. *Sanctorum, vers. Si quis tramen capella, 70. dist. 8. c. extirpanda, § Cum igitur, supra de praeb. Quod si & illos excuset inopia, provideat Episcopus ex mensura sua, argum. cap. *fin. infra eod. & c. inter cetera, supra, de offic. Ordin. Ad hoc enim teneatur Episcopus, si commode potest, ut cap. 2. 16. q. 3. cap. Praecipimus, & cap. Ecclesiasticum, 1. 2. q. 1. c. Regenda, & per totam, 10. q. 1. & cap. Episcopus habeat parochiam, 10. q. 2. Ad extremum si nequid fieri possit, & egelatae omnes labores, novus Parochus propriae manibus ex artificio victum sibi quaerat, cap. *Clericus, 1. & 2. 91. dist. 8. & sic dabitur casus, in quo parochialis ecclesia constitui poterit sine dote, cui scilicet urget necessitas, & alia ratio non suppetit, quod nota singulariter secundum Abb. hic n. 7. ad imitationem, cap. *Nemo, de consecr. distin. 1. prohibentis ecclesiam edificari sine competenti dote. Itaque secundum ordinem superioris propositum procedendum erit ab Episcopo in assignatione redditum pro sustentatione Rectoris novae parochiae, prout concludunt hic Hostien. num. 3. Joann. Andr. num. 7. in glof. 2. Butr. num. 9. Cardin. num. 5. in 2. quast. Anchar. num. 5. in 1. quast. & Abb. n. 7. Et alias declaravit Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretu. Censuit enim in terminis Concilij assigna-******

signationem faciendam ex fructibus ad Ecclesiam matricem pertinentibus & si in no sufficiant, tunc demum populum compellendum esse quod si nec ipse ob paupertatem compelli possit, Episcopum de suo dare debere.

8 Quarto nota sibi, competens in ea honor, Ecclesiam constructam infra limites alterius Parochie teneri alicuius honorem impendere matri. i. Ecclie, scilicet annum centum in lignum subiectionis, arg. cap. Omnis anima, supra de censu moderandum tamen arbitrio Episcopi, arg. cap. De causis, supra de officio deleg. secundum gloss. hic in ver. Honor. Vel dic Clericos Ecclesie noviter edificata teneri maiorem Ecclesiam adire pro baptismo, Scrutinio, Capitulo, & consimilibus, vel solvere illa jura, qua capella debent Ecclesie matri, ut cap. 2. de Capell. Monach. & cap. Hic, qua de major. & obed. secundum Innoc. & Abb. Antiqui, in ver. Honor, Hostiensis, nam. 3. in ver. providas tamen, Joan. Andri. num. 10. Butr. num. 12. Anchar. in 5. notab. & Abb. num. 6. Vel certe antiquae Ecclesie reservabitur sepultura, ut cap. Transmissa, de prescript. & tenet Joan. Andri. num. 10. & in cap. Certificari, de sepultur.

9 Carterum advertit, quia dum glossa dicit huiusmodi honorem debere antiquae Ecclesie in signum subiectionis, haec ratio est falsa, & nullo iure probatur secundum Abb. num. 8. imo hic textus probat oppositum; nam reservando majori Ecclesie patronatum, & competentem honorem pro facultate loci, in reliquis videtur illam Capellam eripere a potestate Rectoris antiquae Ecclesie.

10 Praeterea nulla Ecclesia praeter Cathedraliam fundat intentionem de iure communi super subiectione alterius ecclesie etiam fundatae infra limites parochie suae. Quam obrem ecclesia intendens sibi vindicare ius in aliam ecclesiam, eatenus obtinebit, quatenus probabit sibi competere ex iure speciali. Ad quod dicit esse textum, & communem Doctorem theoreticam, in cap. Dilectus, de Capell. Monach. Pro opinione Abbatis allego §. Sic ut duo, post cap. Praecipuus, 16. q. 1. ubi baptismales, & parochiales ecclesiae episcopus dicitur posse dividere de consensu Clericorum suorum, & mox subiungit: Quod cum factum fuerit, illa pars populi, quae novis ecclesiis supponitur, a iure prioris ecclesiae absolvitur, ubi glossa dicit novam ecclesiam solutam esse a iure prioris ecclesiae. Itaque verius videtur, excepto patronatu, & competenti honore, jura subiectionis non debere ecclesiae matri, nisi in quantum Episcopus praedicta jura illi reservaverit in limite erectionis. Quod clarius procedit hodie post Concilium Tridentinum, ut inferius patebit num. 55.

11 Quinto nota in vers. Si vero, procedi posse ex causa hic expressa ad erectionem novae parochiae etiam invito, & contradicente Rectore matricis Ecclesiae, quamvis id cedat illi in diminutionem honoris, & commodi temporalis, ut hic patet expressè in illis verbis: Si persona matricis Ecclesiae opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virtutum bonum, appellationis cessante diffugio, inflittere non omittas: & firmant Hostiensis, num. 3. in ver. Obventiones, Joan. Andri. & Butr. ambo num. 7. Anchar. in 6. notab. & Abb. num. 16. Cardin. cons. 2. Quidam Synodus, num. 3. vers. Dicor tamen. Verba glossa aut. in cap. 2. 99. distincta, sentit hoc fieri non posse invito Rectore, nisi per Papam, vel de illius

ma. dato, prout hoc factum fuit. Idem tenet glossa hic in ver. Obventiones, dicens hoc Pontificem fecisse de plenitudine potestatis propter animarum periculum, quod immineret. Et quia praeter provenus illius villae Rector majoris Ecclesiae poterat competenter sustentari. Sed Episcopus hoc facere non potest, nisi de consensu Rectoris matricis Ecclesiae, ut cap. Ecclesia, & cap. Quicumque, 16. q. 1. quia non potest jura illius Ecclesiae dare alteri, c. 1. de reb. Eccl. non alien. & arg. cap. Constitutum, & cap. Praecipuus, §. Si duo, ead. cau. & quasi. Quapropter dicebat Vincentius, hic removeri appellationem, quia fit ex mandato Papae; sed si fieret ab Episcopo, liceret appellare, ut refert Cardin. in 4. notab.

Sed huiusmodi controvertiam sustulit jus novissimum Concilii Tridentini in d. c. 4. sess. 21. ubi distictis verbis statuitur, ut Episcopi in Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipiendam Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias etiam invitatis Rectoribus iuxta formam Constitutionis Alexandri III. quae incipit, Ad audientiam, constituire possunt, & Sacerdotibus noviter praeficiendis competentem portionem assignare ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocunque pertinentibus. Quo decreto clarè corrigitur opinio glossae, & approbatur opinio Hostiensis: nam ut vides, ex Concilio possunt Episcopi novas parochias erigere, & Sacerdotibus de novo praeficiendis certam portionem assignare ex redditibus Ecclesiae antiquae etiam invitatis Rectoribus.

12 Similiter eo decreto corrigitur opinio Vincentii, sententis, non removeri appellationem cum nova parochia erigatur auctoritate Episcopi: nam cum Concilium deus Episcopis facultatem erigendi ad praescriptum huius decretalis, & hic tollatur appellationis oblatulum; utique ex hoc manifestè liquet, Episcopum posse hoc casu procedere appellationem remota. Quae tamen clausula non impedit appellationem ad effectum devolutivum, sed suspensivum duntaxat, ut est textus in c. Pastoratus, sed si appellans, supra de appellat. & est communis opinio, ut ibi testatur Abbas num. 12. & Prapost. num. 6.

13 QUARE ergo pro causa divisionis, ut Parochia Ecclesiae antiquae fit adeo ampla, ut populus praesertim adversus temporebus non possit sine magno incommodo illuc horis congruis ad divina officia confluere, secundum Abbat. num. 3. Atque ita ob distantiam loci permittitur quod alias non permitteretur, ut notat gloss. 1. in cap. Et temporis, 16. q. 1. & est simile in l. cum post sententiam, c. de appellat. & in l. si longius, ff. de iudic. in cap. Cum longè, 63. distincta, in cap. Si quis extra, de consec. distinct. 1. & in cap. Quoniam quidem, 18. distincta. Quanta autem debeat esse huiusmodi distantia, seu parochiae amplitudo, ad hoc ut parochiani dicantur non posse sine magno incommodo ad Ecclesiam accedere, cum iure definitum non sit, iudicis arbitrio relinquatur, cap. De causis, supra de officio, de leg. & tenet Menoch. de arbitrat. iud. cent. 5. casu 297. nu. 4. ad quod vide bonam glossam in cap. ult. in ver. Longo, 80. dist.

14 Respondeo multa esse necessaria, quorum si vel alterum deficiat, erectio non sustinetur. Et quidem ante omnia requiritur iusta causa, de qua constat legitime: nam regula est, ut parochialis ecclesia in alterius Parochia edificari non debeat, ut cap. Ecclesia, & cap. Quicumque, 16. q. 1. Sed haec regula fallit, legitima subsistente causa, ut aperte probatur hic: nam Pontifex primò narrat causas erectionis, deinde praecipit erectionem fieri adjecta clausula, Si res ita se habet, ergo causa subsistente, eaque probata, & non alias permittitur erectio. Ad hoc cap. Praesentis, §. Loca, de praebend. lib. 6. & deducunt hic Anton. de Butr. & Abb. ambo in 1. notab. & Rebuffi, in Praxi benefice, in 1. par. in tit. de erect. in curat. vel Parochial. num. 2. & ante eos gloss. ult. in cap. Nulli, 99. distincta, est enim huiusmodi erectio, & difmembratio a Parochia antiqua instar alienationis iurium ecclesiae, quae sine

15

causa fieri non debet, ut cap. 1. de reb. Eccl. non alienan. lib. 6. Abb. ubi supra, d. l. l. decif. un. de reb. Eccl. non alienan. Rote decif. 1. cod. tit. in nov. & decif. 68. num. 1. par. 7. Recent.

16 Praecipua autem causa, quae iustificat erectionem novae Parochiae, est magna difficultas, seu magnum incommodum Parochianorum ad eundem ecclesiam matricem ad percipiendam Sacramenta, & divina officia audienda, ut hic patet expressè, & in praesalleg. decreto Concilii Tridentini, cap. 4. sess. 21. & tenet hic gloss. r. Innoc. & Hostien. ambo in principio in ver. Sine magna difficultate, & alij supradictati in 1. notab. Aliqualis ergo incommoditas non sufficit secundum Abb. hinc num. 7. non tamen requiritur ut Parochiani aliquando decesserint sine Sacramentis. Neque id exigunt Hostien. Abb. & Doctores. Sed tantummodo huiusmodi casus mentionem faciunt per modum exempli. Unde satis est ad validitatem erectionis ut immincat periculum ne sic decedant, neque huiusmodi eventus est expectandus, quin potius praeveniendum ne contingat, eum fatius sit occurrere in tempore, quam post exitum vindicare, seu post vulneratam causam remedium quaerere, dicit textus in l. 1. C. quando, si. sine iud. & in l. ult. ad finem. C. in quibus, caus. in integr. restit. non est necess. Et ita censuit S. Congregatio Concilii, videlicet pro erectione novae Parochiae non esse expectandum ut Parochiani absque Sacramento decesserint. Quod bene nota, quia frequenter audivi Parochorum querelas, quod Episcopi procellerint ad erectionem novae Parochiae, absque eo quod ullus ex Parochianis unquam obierit sine Sacramentis. Porro ad hanc difficultatem accedendi ad Ecclesiam matricem pro suscipiendis Sacramentis, & divinis officiis audiendis aliae causae omnes redeuntur. Unde inferitur primò, ut distantia loci ab Ecclesia parochiali sit iusta causa novam parochiam erigendi, ut hic est casus, & in d. c. 4. Et quamvis Jo. Andri. Cardin. Abbas, & alij in Summa huius textus videantur ad hoc exigere nimiam distantiam; verè tamen magna longinquitas, & viarum difficultas non requiritur, ut observat Ant. de Butr. n. 3. in ver. Distare Sed solum requiritur talis, ut propterea parochiani sine magno incommodo non pateat accessus ad maiorem Ecclesiam, ut hic patet, & tenet Dominus de Rota decif. 484. n. 2. p. 1. rec.

17

18 Sufficit ergo pro causa divisionis, ut Parochia Ecclesiae antiquae fit adeo ampla, ut populus praesertim adversus temporebus non possit sine magno incommodo illuc horis congruis ad divina officia confluere, secundum Abbat. num. 3. Atque ita ob distantiam loci permittitur quod alias non permitteretur, ut notat gloss. 1. in cap. Et temporis, 16. q. 1. & est simile in l. cum post sententiam, c. de appellat. & in l. si longius, ff. de iudic. in cap. Cum longè, 63. distincta, in cap. Si quis extra, de consec. distinct. 1. & in cap. Quoniam quidem, 18. distincta. Quanta autem debeat esse huiusmodi distantia, seu parochiae amplitudo, ad hoc ut parochiani dicantur non posse sine magno incommodo ad Ecclesiam accedere, cum iure definitum non sit, iudicis arbitrio relinquatur, cap. De causis, supra de officio, de leg. & tenet Menoch. de arbitrat. iud. cent. 5. casu 297. nu. 4. ad quod vide bonam glossam in cap. ult. in ver. Longo, 80. dist.

19 Inferitur secundò ut similiter iusta sit erectionis causa, si inter populum alicujus villae, & parochia-

lem torrens, vel flumen aliquod intercedant, quae nec potestem habeant, nec vado transiri possint, ut l. Flumine interveniente ff. de servit. rustic. praed. praesertim hyemali tempore cum pluviae inundant, iuxta textum hic. Quae causa sufficiens est etiam sine distantia loci. Unde quinque enim proveniat magna difficultas percipiendi Sacramenta, dicitur subesse iusta causa erigendi novam Parochiam, ut ex dictis patet. Ideoque Concilium Tridentinum in d. cap. 4. sess. 21. alternativè loquitur ibi, ob locorum distantiam, sive difficultatem, ita ut propterea alterutrum sufficiat, c. inter ceteras, supra de rescript. cum suis concordant.

20 Inferitur tertio, ut eodem modo iusta sit causa erigendi novam parochiam in casu allegationis, Lap. alleg. 66. incip. Quoddam monasterium, per totam, ubi proponit monasterium S. Ambrosii, cui cura iminuebat per sonam secularium, fuisse inclusum intra moenia civitatis Florentiae, & aliorum familias eidem cura subiectas extra ambitum civitatis remanuisse; unde contigit ut iidem rustici sine maxima difficultate, aut in commodo nequiverint divina officia audire, & Ecclesiastica Sacramenta percipere, cum fores dictae civitatis singulis diebus ante noctis tenebras claudantur, & sic clausae remaneant, nec ulli aperiantur usque ad claram lucem sequentis diei. Quapropter non poterat Capellanus praesto esse Sacramentis administrandis in casibus repentinis infortunitatis, vel mortis, praesertim parvulentis, praeterquam quod Parochiani degentes extra cum suis mulieribus, & familia rusticis, & abjectis vestibus induti non poterant cum debita consolatione diebus festis ad Ecclesiam confluere, & cum civibus divitibus, & pretiosis vestibus admittere, sed potius risui & delusioni patebant ob fortunam, & morum disparitatem, quibus & pessime a divinis tenebantur. Lapis haec de re consultus proposuit duo potissimum remedia. Primum, videlicet ut si parochialis praedicta habeat in villa aliqua obventiones, sine quibus ejus Rector possit commode sustentari, & reperitur aliquis qui veli novam Ecclesiam fundare, & obventiones illas competentèr augete, Episcopus erigat novam Parochiam, eique assignet eiusmodi obventiones, cum dicto augmento, & rectorem in ipsa instituat, qui gerat curam incolarum extramoenia existentium. Quod dicit probari ad litteram in hac decretali, & subdit propositas causas esse plures, & urgentiores illis, quas hic consideravit Pontifex.

Ideoque erectionem fieri posse ab Episcopo etiam invito Rectori Ecclesiae matricis, cum non habeat iustam causam contradicendi. Alterum remedium n. est, ut Rector majoris Ecclesiae si redditibus abundet, novam capellam fundet in dicta villa, & eam doret pro sustentatione unius Sacerdotis iidem deputandi, & constituat ipsam capellam manuaalem matricis Ecclesiae, ita ut illius Capellanus sit ad ejus ritum amovibilis, de quibus manualibus notatur in Clem. un. de suppl. negl. Praelat. & in cap. Cum singula, de praebend. lib. 6. Utrumque remedium alias probavit S. Congregatio Concilii; censuit enim Parochianis, qui cum sint dispersi extra civitatem, & parochialem Ecclesiam intra civitatem sitam habeant, etiam ob locorum distantiam, seu difficultatem pariantur incommoda in percipiendis Sacramentis, & in divinis officiis audiendis, succurrendum esse remedio cap. 4. sess. 21.

21. Item censuit ad providendum necessitati Parochianorum extra civitatem existentium, quorum parochialis est intra civitatem, novam Capellam extra civitatem esse erigendam, quae non sit Ecclesia ipsa per se, sed in proprietate matricis Ecclesiae, in qua constituantur Sacerdos amovibilis ab Ordinario approbatus, qui admittat Sacramenta illis, qui sunt extra civitatem, ad quos non potest Parochus in nocte, quia portae civitatis clauduntur, accedere; quod est unum ex remedijs Lapi alleg. 66. Possit tamen esse locum etiam alijs remedijs ad praescriptum sacrorum Canonum.

21. Rursus in causa Novariensi, censuit Episcopum posse compellere regulares, quibus concessa fuit parochialis Ecclesia civitatis Novariensis, ad erigendam novam Capellam extra civitatem, ubi plures familiae sub dicta cura existunt, cui capellae possunt vel per se ipsos praevi Ordinarii approbatione inseruire, vel per Capellanum ad nutum amovibilem.

22. Inferitur quarto, ut similiter legitima sit causa constituendi novam Parochialem necessitate leproforum, sine gravi tamen praedictio Parochialis antiquae, ut legitur, & notatur in cap. proximo, supra eod. secundum Holt. b. n. c. 1. vers. Et est alia causa, & plenius in Summa eod. tit. s. fin.

23. Et ex praedictis collige, in effectu unicam esse causam erigendi novam parochiam, videlicet magnam difficultatem accedendi ad Ecclesiam matricem pro Sacramentis percipiendis, & divinis officijs audiendis: nam aliae causa, videlicet distantia loci, flumina intermedia, portae civitatis clausae, necessitates leproforum, & alia id genus impedimenta in tantum iustificat erectionem, in quantum pariunt difficultatem huiusmodi; aliae secus, ut ex jam dictis constat.

24. Verum tamen glos. ult. in cap. Nulli, 99. d. ff. adducit aliam causam construendi novam Ecclesiam in parochia antiqua, videlicet cum multitudo fideium excrevit: & movetur argum. illius textus ibi, (Nisi aliqua gens deinceps ad fidem converteretur, cui necesse sit propter multitudinem eorum primatem constitui); & cum illa glossa simpliciter transiunt ibi Gemini, & Praepositi, ambo in fine, ad idem textus in cap. Praecipimus, 16. quae. 1. quo praecipitur, ut ubi multitudo fidelium excrevit, ibi ordinentur Episcopi. Tu dic contra: quoniam hoc casu nova parochia non debet erigi, sed utendum est remedio Concilii Tridentini, d. cap. 4. in princip. sess. 21. ubi statuitur, ut (Episcopi etiam tanquam Apostolicae Sedis Delegati in omnibus Ecclesijs parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo; cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum.) Haec ibi. Unde S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres jam pridem censuit ex ea sola causa, quod populus alicujus parochiae adeo sit numerosus, ut unus Rector non possit sufficere Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo, minime quidem licere Ordinario novam parochiam erigere, nisi & alia concurrant, quae exprimentur in Constitutione Alexandri III. quae incipit *Ad audientiam*, & innovatur decreto Concilii cap. 4. sess. 21. vers. in his vero. Sed ob magnum huiusmodi numerum debere Ordinarium uti re-

medio d. cap. 4. in princip. scilicet cogendo Rectores, ut sibi Sacerdotes adungant, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. An autem quibus in casibus ex decreto Concilii sess. 21. cap. 4. potest Episcopus novas parochias erigere, potest etiam loco erectionis facienda certam partem populi separare ab antiqua parochia, & alteri commodiori applicare, si vel exiguus numerus populi, vel inopia, vel alia causa impediatur erigi novam parochiam: Responsum est non posse ex decreto Concilii. Item responsum, ex eo decreto non licere Episcopo parochias unire, sed tantum novas constituere. Item responsum, non potuisse Episcopum erigere in Ecclesia parochiali duas Vicarias perpetuas, eo quod populus esset numerosus. Haec tamen de causa.

28. Secundò principaliter ad erectionem novae parochiae requiritur, ut in illa parte parochiae antiquae, ubi nova parochia est erigenda, sit competentis numerus parochianorum. Et quidem Rota decis. 380. n. 8. et 29. par. 5. recent. Videtur tenere ad hoc non sufficere quatuor domos, & duodecim animas aptas ad communionem, per c. Vnia, 10. q. 3. Sed certe ille textus magis innuit ut sufficiant decem animae: ait enim, (Ecclesia, quae usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem: quae vero minus decem mancipia habeat, ritalis conjungatur Ecclesiae.) Haec ibi. Emeritò, quia decem faciunt plebem, ut ait ibi glos. in ver. Mancipia. Item Concilium Tridentinum d. ca. 4. sess. 21. videtur requirere ut nova parochia habeat populum, ut patet ibi. Compellere potest populum. Ad decem homines populum faciunt, ut notat glos. 1. in c. 1. de elect. & Bart. in l. Praetor, la secunda, n. 4. ff. de vi bonor. raptr. Insuper adverte ne decipiari, quia dum Rota ad hoc requirit sufficientem numerum animarum, quae sint aptae ad communionem, hac aptitudo non est necessaria, quia uiu rationis habentes tamen non sint apti ad communionem, tenentur tamen semel in anno confiteri proprio Sacerdoti, & Missam audire Dominici, & festis diebus, eisque dari debet Sacra Unctio: Baptismus vero etiam parvulis. Ergo si parochia incola ad Ecclesiam sine magna difficultate ad huiusmodi Sacramenta recipienda, & divina audienda accedere nequeant, siue sint ad communionem apti, siue non, succurrendum est eis remedio huius cap.

29. Tertio principaliter requiritur ad erectionem novae parochiae, ut citeatur Rector matricis Ecclesiae: nam etià erectio fieri potest citato Rectoris, ut ostensum est supra in 5. notab. tamen non potest fieri nisi eodem citato, & requisito, ut cap. Multis consilij, & cap. Felix, & cap. seq. 16. quae. 1. & tenet glos. in cap. Nulli, 99. diffin. & Lapi alleg. 66. num. 3. vers. Debet tamen requiri: & jam censuit S. Congregatio ad erectionem novae parochiae non esse procedendum aliter, quam citato Rectoris parochialis, intra cujus fines nova parochia fuerit erigenda: & erectionem omnia huiusmodi citatione ab Ordinario factam nullius momenti existere. Nec tantum Rectoris Ecclesiae, sed etiam aliorum omnium, quorum inter est, praerequiratur citatio. Unde quaerentiam requiritur consensus Rectoris, vel Commendatarius, aut Magni Magistri ad erigendam novam parochiam infra limites parochialis subiectae Ordinis S. Joan. Hierosolymitani: responsum est ad erectionem posse pro-

procedi etiam invito Rectore, dum tamen praereferat citationem ipsius, quam omnium aliorum, quorum inter est. Ceterum etsi nulla videatur erectio ob defectum citationis, tamen si cauae erigendi subissent, licet Episcopo de novo erigeret, idem scribendum viciniori Episcopo, ut se instruat de causis, quae si suberunt, peti poterit confirmatio à Sanctissimo, licet postea in casu illo resolutum fuerit erectionem nullam defectu citationis, nec causas subesse.

Quarto, principaliter requiritur ut erectio novae parochiae fiat ab Episcopo de Capituli consilio, vel consensu, ut plene dicam infra in tertia questione.

21. Quintò principaliter requiritur, ut Ecclesiae noviter construendae dos competens assignetur, ut cap. Nemo, de consecr. dist. 1. Et jam censuit Sacra Congregatio in erectione novarum parochiarum prius cogitandum de dote. Et quidem si aliquis repeririatur, qui velit eam ex bonis propriis competentem dotare, omnia erunt plana: alioquin in constitutione dotis hoc ordine erit procedendum. Primò enim competens portio pro sustentatione Rectoris assignanda erit ab Episcopo ex redditibus ad matricem Ecclesiam quomodocunque pertinentibus, ut d. ca. sess. 21. Idque ex sententia S. Congregationis procedit, etiam si Ecclesia matricis esset Cathedralis, & quaeunque matricis, & posse assignari portionem ex redditibus illius matricis duncaxat, non autem ex alijs Ecclesijs; quòd si redditus huiusmodi insufficientes sint, nec sit aliquis, qui velit illos augere, cogendus erit Abbas, vel Praepositus, cui parochialis illa subest in temporalibus; & in eorum defectum populus subministrare, quae ad vitam Rectoris sustentandam sufficiant. Si populus inopia laboret, tenebitur Episcopus ex mensa sua. Demum si nimia egestas omnes exules, Sacerdos novae Ecclesiae praeficiendus proprijs manibus victum sibi comparabit, prout haec omnia fuse explicavimus supra in 33. notab. n. 4. usque ad n. 8. Posse etiam Episcopum facere beneficiorum unionem pro nova parochia in terminis Concilii Tridentini cap. 4. sess. 21. Potuisset vigore ejusdem Concilii unire eidem Ecclesiae in actu ipsius erectionis unum ex quatuor Canonicis habentibus curam animarum annexam existentem in alia Ecclesia non Collegiata, quae erat parochialis loci, in quo nova parochia fuit erecta: affirmativè respondit S. Congregatio. De assignatione autem decimarum ad matricem Ecclesiam spectantium dicam infra in 4. quae.

33. Sextò principaliter requiritur in erectione novae parochiae, ut jus patronatus & praesentandi Sacerdotem noviter instituendum referatur illis, quibus de jure: & quidem si reperitur aliquis, qui velit Ecclesiam fundare, & sufficienter dotare, planum erit jus patronatus eidem fore referendum quominus ad eum pertinebit ipso jure etiam sine alia Episcopi reservatione, ut est text. in cap. significavit, ubi Jo. Andr. Bald. Butr. & alij notant supra de testib. & est receptissima conclusio, ut dicunt Domini de Rota decis. 167. n. 4. p. 2. diversor.

Prosp. Fagn. in 2. par. 3. lib. Decretal. cor-

Similiter si nova Ecclesia fuerit dotata ex redditibus ad matricem Ecclesiam pertinentibus, planum erit jus praesentandi Sacerdotem pertinere ad Rectorem matricis Ecclesiae, ut probat haec littera ibi, Ad praesentationem Rectoris Ecclesiae maioris. Sed nihilominus etiam fundator Ecclesiae noviter edificatae habebit jus patronatus, ut hic concludunt glos. 3. in fin. Innoc. in ver. fundatoris, Abb. Antiqu. num. 1. Host. num. 3. in verbo Ad praesentationem Joan. Andr. n. 3. in ver. Fundatoris, Butr. num. 5. Cardin. n. 4. in 1. opposit. Anchar. in 4. notab. & Abb. num. 9. qui restatur hanc opinionem communiter teneri. Atque ita secundum eos duo erunt patroni parochialis noviter erectae, videlicet Ecclesia matricis ex causa donationis, quia ex proprijs bonis eam dotavit; & fundator ex causa donationis si tantummodo fundum dedit; & ex causa donationis, & donationis si simul dedit fundum, & dotis residuum, prout fecit in casu hujus decretalis dominus velle, qui pro dotis residuo dedit viginti acres terrae frugiferae, (& dic acris, id est jugera; & est vulgare Anglorum; & iugerum habet octo stadia triginta sex cabalarum ad pericam pedis Luitprandi, quae habet duodecim pedes trium semilium, & trium digitorum, ut per Anton. Augulini. in nota ad primam collectionem Decretal. tit. 3. de Eccl. edifican. cap. 11. & v. de cap. 5. Qui fil. sint legit. in eadem collect. in parte de obla, ubi fit mentio de acris quadraginta. Galli appellant harpentum, Itali bubucam secundum Holtien. & Jo. Andr.) & ad praedicta vide glos. notab. in Summa in fin. 63. dist. Quae vult, ut quoniam fundatoris Ecclesiae equaliter non contribuunt ad dotacionem ipsius, tamen omnes efficientes patroni; & ita sit patronus ille, qui dedit modicum, sicut est ille qui dedit multum. Quod tamen limita, & declarata, dummodo omnibus simul confatis Ecclesia remaneat competentem dotata. Secus si dos non fuerit integra, ut tenet glos. in cap. Quinquaginta, 16. q. 7. quam multum extoluit Abb. b. n. num. 4. in 3. notab. Et hanc sententiam alius probavit S. Congregatio Concilii. Censuit enim donationem obventionum ad matricem Ecclesiam pertinentium, si alius concurrat ad dotacionem Ecclesiae noviter edificatae, efficere Ecclesiam matricem patronam simul cum alio dotante.

39. Verùm si ecclesia matricis ex proprijs redditibus nihil contulerit, ambigui juris est an acquirat jus patronatus ecclesiae in sua Parochia edificatae. Innoc. in cap. Cum venerabilis, de except. fecit majorem ecclesiam acquirere jus patronatus indistinctè, & eum sequitur Joan. Andr. in cap. 1. de Capell. Monachor. lib. 6. Sed oppositum concludit Abb. hic num. 9. Quia nullus alius textus praeter hunc reperitur in iure, qui tractet de hac materia. Unde in hoc tantum fundari potest opinio DD. Sed hic textus hoc non probat simpliciter, quia loquitur in eo tantum casu, in quo ecclesia matricis ex proprijs redditibus aliquid contulit pro erectione novae Parochiae. Ergo si nihil contulerit, non efficitur patrona, cum hoc nullo modo probetur. Imò contrarium videtur probari, arg. c. prox. supr. eod. ubi agitur de ecclesia constructa in alterius parochia, & tamen non referatur patronatus antiquae ecclesiae, quae de suo nihil contulit. Accedit quòd patronatus non requiritur nisi ex fundatione, vel constitutione, aut donatione, ut notat glos. in c. Pimentis, 16. quae. 7. & est receptissima omnium

H h cor-

conclusio. Sed ex constructione ecclesie infra limites parochie duntaxat ecclesia matrix non dat fundum, quia loci proprietatem non habet, nec sumptus ad constructionem, nec dotem ponit. Ergo patronatus non acquiritur, & facit, cap. Quotiam, de jurepatr. Opinio Abbatis vera est, eamque probavit olim S. Congregatio Concilij: declaravit enim matricem Ecclesiam non acquirere jus patronatus in ecclesia fundata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, non obstante quod oblationes futura dicantur esse loco dotis.

40 Sed objicis. Si Capella inus ecclesiam adificet, & ab alio competenter doretur, ecclesia acquirit jus patronatus in ipsa Capella, ut hic firmat Abb. num. 1.1. dicens hanc questionem se hactenus non reperisse ab alio tactam, plene Lambertini. in tract. de jurepatr. in 1. part. 2. lib. in 2. quest. principali, art. 1. §. n. 1. & 2. Ergo idem dicendum de ecclesia edificata infra limites alterius parochie, licet ecclesia matrix nihil contulerit. Solutio. Dic diversam esse rationem inter utrumque casum; nam in questione Abbatis negari non potest, quin ecclesia antiqua ponat fundum, cum in sua proprietate, & solo fuerit Capella edificata, unde ex causa foundationis bene acquirit jus patronatus. ut d. cap. Quotiam, de jurepatr. cum concord. & not. in d. cap. Pia mentis, l. 6. q. 7. Sed ecclesia matrix non ponit fundum, cum parochia non sit de illius proprietate, ut superius dictum est.

Septimo principaliter requiritur, ut matrixi ecclesie prater qualitate loci pro parochiali noviter erecta prater patronum competens honor servetur, ut hic dicitur in verb. Providens tamen. In quibus autem ejusmodi honor consistat abunde ostensum est supra in 4. notab.

41 Octavo principaliter requiritur, ut novam parochiam Episcopus erigat ipse per se, vel per suum generalem Vicarium ad id speciale mandatum habentem, ut probat text. in cap. Nema, juncta glo. in ver. Veniat per se, de consecr. dist. 1. & iam pridem visa est sententia S. Congregationis Concilij in casu parochialis ecclesie sub titulo S. Franciscæ Romanæ extra moenia civitatis Mediolanensis erectæ à Vicario Cardinalis Archiepiscopi, licet in eo casu inclinaverit speciale mandatum præsumi, cum ecclesia ipsa jam esset erecta in parochialem, & in ea quasi possessione existeret; ac propterea dicenti Vicarium non habuisse speciale mandatum onus probandi incumbere, cum hæc negativa esset fundamentum suæ intentionis, ex Put. decis. 78, lib. 2. & alijs cumulatim ab Anton. Gabr. Commun. conclus. in vir. de probat. concl. 6. art. 1.

42 Demum cum ex Concilio Tridentino Episcopus procedere possit ad erectionem novæ parochie etiam uti Sedis Apostolicæ delegatus sit cautus, ut vel in decreto exprimat se procedere utraq; potestate, ordinariâ scilicet, & delegatâ: nam si non valebit ex una, valebit ex altera, & abundans cautela non nocebit, nec vitiaabit adjectio supervacua, vel procedat simpliciter nullâ factâ expressione auctoritatis delegatæ, vel ordinariæ: nam duplicem potestatem habens censetur ea unus, quæ facit actum valere. Vel demum exprimat se uti potestate delegatâ, si procedat contra exemptos, alioquin si procederet jure ordinario, cum in eo casu non habeat, nisi potestatem delegatam, erectio non valeret, prout hæc omnia late comprobatur Feder. de Sen. cons. 130. Fictum tale est,

Quædam domus, & Rot. decis. 96. par. 2. divers. post Bald. & Anchar. in decis. allegatos. Licet clausula, omni meliori modo, salvaret erectionem, ex glo. in leg. 1. in ver. Consentiente, in fin. ff. de juv. & script. pientis in cap. Ex parte, num. 3. G. & 37. supra de arbitr.

43 His omnibus observatis, & causâ cognitâ in procellum redactis tunc poterit Episcopus procedere ad erectionem novæ parochie, etiam in parochijs exemptorum; nam cum in hoc vota Cardinalium in S. Congregatione essent divisa, Sanctissimus respondit, facultatem erigendi novas parochias, & assignandi portione novis parochijs attributam Episcopis habere locum etiam in parochijs Regularium, & S. Congregatio exinde censuit, concurrentibus requisitis posse erigi novam parochiam ab Episcopo etiam in Ecclesijs Ordinum Militarium. Sed Episcopo querenti, an liceret ob gravem Sacramentorum necessitatem erigere ecclesiam regularem in parochiale? respondit, Congregationem ejus esse sententia, ut cura animarum prædeffessor applicata ecclesiam regulari applicetur seculari.

44 Secundo QUÆRO. Si Episcopus processerit ad erectionem novæ parochie ad præscriptum Concilij Tridentini, cap. 4. sess. 21. vel aliud fecerit tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, quod tamen jure ordinariæ potestatis poterat, & ab illius decreto appellatur, an recta adire possit Metropolitanum, an vero necessariò appellandum sit ad Summum Pontificem.

Dic breviter, in omni casu posse appellari ad Papam omisso medio, cap. Ad Romanam, 2. quest. 6. glo. in cap. 1. in verb. Legationis, & ibi Doctores supra de offi. legat. & in cap. Romani, in princip. in verb. Ad curiam, de appellat. lib. 6. & notant Restaur. Castald. in tract. de imperat. quest. 9. §. num. 1. Nepos de monte Albano in tract. de except. quest. 24. num. 1. 2. dist. 1. Villadiege de legat. quest. 8. num. 3. Sed nihilominus regulariter à sententia Episcopi appellatur ad Metropolitanum, cap. Duo, supra de offi. ordin. & d. cap. Ad Romanam, 2. quest. 6. & notat Baptista à S. Blasio in tract. de contradict. leg. & Canon. num. 153. Hieronym. Zauncrin. de differen.

46 Jur. canon. & civil. num. 69. Quod locum habet etiam Episcopus processerit tanquam Sedis Apostolicæ delegatus: hujusmodi enim auctoritas attributa est Episcopis, ut firmiter jure procedere valeant contra exemptos Sedi Apostolicæ immediate subiectos; & quia ex autoritate delegata exemptiones non violentur, ut notat Abbas in cap. Grave, num. 1. & §. de offi. ordin. Non autem ut per hoc tollatur jus commune, per quod appellationes deferuntur Metropolitanis; legum enim correctio vitanda est: vulgat. jurib. & ita censuit S. Congregatio Concilij die 7. Julij, 1575.

47 Intellige tamen hanc resolutionem obtinere, quando Episcopus potest utroque jure procedere, scilicet ordinario, & delegato, & in casu erectionis novæ parochie; nam cum Episcopus possit eam erigere auctoritate Ordinariâ ex dispositione hujus cap. secundum communem opinionem, de qua supra in §. notab. Nihilominus ex decreto Concilij Tridentini in d. cap. 4. in princip. sess. 21. potest hoc facere etiam uti Sedis Apostolicæ delegatus: merito in hoc, & similibus casibus appellari potest etiam ad Metropolitanum. Secus autem est quando Episcopus non potest procedere ordinario jure,

putâ contra exemptos, contra quos procedere non potest, nisi tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, ut in casu cap. 3. sess. 6. in cap. 4. sess. 14. in cap. 9. sess. 21. & alibi sæpe: tunc enim appellari non potest nisi ad Papam: & ita superscriptam resolutionem postea declaravit eademmet S. Congregatio. Nam proposito dubio, An cum Episcopi procedunt uti Sedis Apostolicæ Delegati in causis, quæ sub eorum ordinaria jurisdictione non comprehenduntur, possit ad alium, quam ad Sedem Apostolicam appellari: Sacra Congregatio censuit non posse, neque ex hoc inferioribus iudicibus ullum fieri præjudicium: Sed quando iudicium delegata cumuletur cum ordinaria, Episcopum non posse hujusmodi delegationis prætextu declinare jurisdictionem Metropolitanam in casibus illis, in quibus ante Concilium tanquam Ordinarius poterat uti eodem jure, eademque potestate.

48 Et hinc notabiliter infero, ut si Episcopus erigat novam parochiam infra limites parochie regularibus subiectæ, quod potest secundum ea, quæ dicta sunt supra n. 43. Tunc si gravet, appellari non poterit ad Metropolitanum: quia cum contra exemptos non poterit procedere, nisi jure delegato, necessariò appellandum erit ad Summum Pontificem delegatum, ut cap. Super questionum, supra de offi. deleg. cap. Licet in corrigendis, de offi. ordin. & tradit Marian. Soci. cons. 83. pro clarioribus, num. 5. & per tot. lib. 4. Intellige ad effectum devolutivum, non suspensivum, cum in casu hujus c. appellatio sit inhibita, ut dixi supra n. 12. & ad prædicta vide quod scripsi in cap. Studijs, n. 28. 46. & 47. supra de off. legat.

Tertio QUÆRO, An Episcopus in nova parochia intra fines parochie alterius erigenda teneatur adhibere consilium, vel consensum Capituli,

49 Hoff. hic n. 2. vers. Non est tamen hoc; & Jo. Andr. eod. num. vers. Hoc tamen faciatis: tenent Episcopum debere hoc facere de Capituli consilio, per cap. Pastoralis, supra de donat. & consentiunt Butr. Cardin. & alij. Sed certe ille certus exigit consensum, ut patet in extremis verbis ibi: Consensus est sui Capituli requirendus; ubi hoc tenet glo. cult. & Joann. Andr. in addit. ad specul. in ut. de decim. littera D. in verb. Vnica, circa finem additionis, vers. Secundus est: & merito, quia cum hæc divisio parochie, & dismembratio reddituum ad matricem Ecclesiam pertinentium sit instar alienationis rerum Ecclesie, ut dixi supra num. 15. sine Capituli consensu fieri non potest, ut cap. Cum nos, cap. Tua, & cap. Pastoralis, supra de vir. qua fiunt à Prælatu, & cap. Dudum, de reb. Eccle. non alien. lib. 6. Præterea in Ecclesijs ad invicem uniendis necessarius est Capituli consensus, Clem. Si una, eodem tit. & cap. Pastoralis in fin. supra de donat. Ergo & in parochijs dividendis, argum. cap. 1. infra de reg. jur. 1. Heredes palam, §. Si quis post. ff. de testamen. cum sim. ut per Roman. cons. 65. viso themate, num. 2. Idcirco asserit. Hostien. & alij requirunt consilium Capituli, quia in dismembratione parochie præcedere debet traditus, ut resolvit Rota decis. 2. de reb. Eccle. non alien. in nov. Unde in consilio includunt etiam consensum. Simile in cap. 1. supra, de for. compet. ibi dixi in 4. notab. post Petr. de Anchar. in 3. notab. Et ad prædicta vide Archid. in cap. Praecipuum, num. 4. in ver. Cum consensu, 16. quest. 1. Hæc procedunt inspectâ

52 juris communis dispositione. Sed ex jure novissimo Concilij Tridentini res est magis ambigua. Ratio dubitandi oritur ex decreto d. cap. 4. sess. 21. ubi facultas constituitur novas parochias tribuere Episcopis etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis: Clausula enim, quæ habetur in principio textus, censetur repetita in §. Inj. verò, qui venit continuativè ad præcedentia, ut alias fuit resolutum. At quando Episcopus procedit tanquam delegatus Apostolicæ Sedis, non requiritur Capituli consensus, ut conclusit Agid. Bellam. decis. 5. 14. incip. Conclusio quod in unione: ubi resolvit in unione faciendâ per Legatum de latere non exigi consensum Capituli, etiam si fiat unio Episcopali dignitati; quoniam et si potestas Episcopi propter conjunctionem, quæ est inter ipsum, & Capitulum suæ Ecclesie, sit extracta ad consensum, vel consiliū hujusmodi adhibendum, ut cap. Novit, de his, que fi. à Prælat. & d. Clem. Tamen in Legato, qui cum Capitulo hujusmodi unionem non habet, hoc non reperitur jure cautum; quam decisionem in Legato habente à Sede Apostolica specialem auctoritatem uniendi, sequitur Marian. Socin. in cap. Sicut unire, in 6. artic. principal. conclus. 14. num. 105. infra de excess. Prælat. Quia sicut Sedes Apostolica non tenetur requirere consensum alicujus inferioris, ita nec Legatus, qui vicem illius obtinet.

50 Similiter cum in cap. Ad audientiam, infra eodem, tribuatur Canonico electo in Episcopum facultas uniendi ecclesiam, cujus fuerat Canonicus monasterio regulari, dummodo Episcopus consentiret: quarunt ibi Joann. Andr. num. 5. Cardis. & Anchar. ambo in 1. opposit. & Abb. in fin. Quid operetur hoc indultum, cum sine illo posset unio fieri auctoritate Episcopi: & respondet hujusmodi delegationem hoc inter cetera operari, ut consensus Capituli non exigatur. Eodem igitur modo si Episcopus novam parochiam erigat auctoritate delegatâ sibi à Concilio tributa, non videtur egere Capituli consensu. In contrarium facit, quia decretum dicti cap. 4. Quamvis tribuat Episcopis potestatem delegatam, tamen dictis verbis exprimit, ut ea potestate uti possint juxta formam Constitutionis Alexandri III. quæ incipit Ad audientiam, & sic videtur se restringere ad formam juris communis. Sed de jure communi in erectione novæ parochie adhibendus est consensus Capituli, ut ostensum est supra num. 50. Ergo hujusmodi consensus erit adhibendus etiam hæc erectio auctoritate delegatâ: & est simile in cap. 5. sess. 21. ubi tribuitur Episcopis etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis facultas faciendi uniones parochialium ecclesiarum; & tamen quia ibi expressum est, ut uniones hujusmodi fieri debeant juxta formam juris; ex S. Congregationis sententia requiritur Capituli consensus, prout requiritur de jure, ut in d. Clement. Si una. Quid dicendum? Cum Episcopus hoc casu duplicem habeat potestatem, unam scilicet ordinariam, quæ illi competit ex dispositione hujus decretalis, eijs non fuit adempta à Concilio: Alteram vero delegatam, quæ illi tribuitur in d. cap. 4. Et accumulatur potestati ordinariæ per illa verba: Etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, ponderando particulam, etiam, quæ est augmentativa, & implicata præcedentium; videtur sic distinguendum: aut in erectione novæ parochie Episcopus proce-